



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 3. Nullum est peccatum inirremissibile, quod non infinities à Dei misericordia superetur, quod ad nostrum solatium multoties ratum facit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

Deus discrimen quoddam inter eius statuumus attributa, & his omnibus supererant: misericordiam: licet enim inter res infinitas, una altera non sit nec esse possit in se magis infinita, quoad effectum tamen hoc intendit, ut dentur prerogativae adeo praefatae eius misericordiae, ut illam velit singulariter proponere tamquam immensum suarum maris divinarum: *Deus qui dicitur esse in misericordia.* Proinde quantum libertum capiat ingenium, tua speret fiducia, multo infinites est illa praeclearior, pluraque infinites de ea, quam quae plurima vidisti, videnda si pererunt.

§. 3. *Nullam est peccatum irreversibile, quod non infinites à Dei misericordia superetur, quod ad nostrum solatium multoties ratum facit.*

Hic inhiuntur tractatus illi ut docti ita pij Sanctorum Patrum D. Cypriani, D. Basilij, D. Ephrem Syri D. Chrysostom. quos his conformiter ediderunt sub titulo de Poenitentia, praefertim D. Ambrosij, qui duobus compositis de poenitentia, alios quoque de eadem conscripsit materia: omnes autem illos scripserunt contra illius temporis Haereticos noviter in Ecclesia exortos, nominatim autem Episcopum Africanum Novatum: hic Romam venit, cum in summum Pontificem electus esset D. Cornelius, occurrit hic presbytero Novatiano viro ex communi consensu non vulgari eruditione clarissimo, ac non minori ambitu spiritum turgido, quinimo tanta non ferendo insolentia, ut cathedra expellere Pontificia iuteretur Cornelium, & seipsum per fas & nefas subrogare Pontificem. Huic se Novatus adiungit locum, ut verò res secura haberet exitum, & D. Cornelij detraherent maledici sanctitatem: hoc illi primum obiecerunt quod parvi faceret honorem Christi: quandoquidem nullo negotio peccatores in gratiam reciperet poenitentes, illosque in Ecclesiam admitteret, qui vi tormentorum contrecti cum Christum evassent, peccata lacrimis coadantes revertentur. Hinc coepit illorum contra Cornelium ferere dissidium, quasi qui zelo honoris Christi movebantur dicentes: repugnare inflexa, in Christi Ecclesiam admittere Christo tam infideles, nec ad poenitentiam admittendos. Videtur infernalem haereticorum modum agendi, qui suis capiunt ambituibus zelum

honoris Dei paludamentum?

Hic in malitia pernicies populum commoverunt, excitantur, ut pro Christi honore starent animosi, damnantes à Dei gratia in futurum emancipatos, quotquot illum offendissent. Huius opinionis affectus: Novatianos, seu alio cognomine Catharos indigiarunt, id est mendaces, quia praedicabant, ad salutem homini necessariam esse integram inviolatamque servare Christo datam in baptisate fidem, nunquam illum de caetero offendendi innocentiam captivalem custodiendi immaculatam, abique peccati recidina: in cuius datae fidei protestationem inimici albis vestiebantur: caudati. Hic error erat Novatianorum quod quibusdam licet Deus ignosceret peccatoribus ad lamenta convertis, non tamen omnibus: multa quippe confirmabant esse peccata tam enormia ut recederent Deo, nullam qua illa longanimitas perferret, esse patientiam, quod singulariter de Christianis ut veriti assererant: qui fidem receperant, hac erant illuminati, Christo per baptismum incorporati, ceteraque Sacramenta communitate participes effecti redemptionis, sanguinis, vitae, mortisque Salvatoris.

Quod Deus ignoscat Gentili qui illam offendit, ignoras Deum: atebant illi nec hoc multum est. Quod indulgeat Barbaro; qui nec de eius divinitate, aut mysterio sui eruditus, fidem non superat. D. enim Paulus hanc assignat rationem, cur se Deus in gratiam receperit, peccataque clemens indulserit: *Quia ignorans fecit.* *In incredulitate.* At quod ignoscat Christiano a deo ingrato, infideli, haereticago, qui cognata sui obligatione, quantum Domino illi tenetur quid pro illo fecerit, quid dederit sui cordis sanguinem, vitam personam suam in cruce mortis, beneficium agnovit Baptisatis, Confirmationis, sumendam illi dederit carnem suam & sanguinem, his omnibus tam inhumanis tam piis offendant bonitatem, sanguinem contulerit adeo pretiosum, tanta despiciat beneficia, dona vilipendat, quae ferat hanc patientem, elemelque misericordiam? Quis hic speret remissionem? Idcirco, assererant, Iudae sacrilego nullam produtionis superfluisse remissionem: ipso Christo profertente de illo testimonium ore vaticinio Davidis olim pronuntiarum: *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem virique. Tu vero homo vnanimis, Dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. Ad quae sic Christus: Qui manducat mecum panem levabit contra me calcamenum suum.*

Qui.

Quinto & ipse David, tales vt reiectios
damna, & quibus nulla sit diuina spes misera-
cordia; dum ait: Veniat mors super illos, & de-
scendant in infernum viuantes. Hoc erat (inquit
D. Basil.) illorum argumentum: Dicunt quos si
ante Saluatoris passionem, priusquam ille sanguis
funderetur. Et. Hæc quoque ilorum erat opi-
nio; D. Paulum hoc docuisse; quod verè im-
possibile iudicet saluari posse tales, aut ex Dei
misericordia consequi peccatorum remissio-
nem: Impossibile est enim eos qui semel sunt il-
luminati, gustauerunt etiam, donum celeste
& participes facti sunt Spiritus Sancti. Et. Et pro-
lapso sunt, rursus veniunt ad penitentiam rursus
emergentes sibi metipsis filium Dei, & opem ha-
bentes.

Hanc Doctrinam, vel si placet, errorem hunc
multo ante docuerat (teste D. Hieronym.) no-
tissimus ille hæresarcha Montanus, tempore So-
cris Sanctissimi Pontificis quimmo antiquus
ille doctusque Tertu. hanc. Cui hæc sedebat o-
pinio quod licet aliqui sint ad penitentiam
admittendi peccatores, non tamen omnes; ro-
miscuè reiciantur autem & excipiantur ut infame
adulteri, pro quibus nullum esse cenfebatur
in Ecclesia remedium, nec Dei patere miseri-
cordiam. Ar. uim ma. (vnt hæc, vt cum D. Am-
brosio, sentiam aliisque similia, & cordibus propria
nimis angustis ac limitatis, vt hominum sunt
mente captorum, qui manus sine fundo vadum,
Dei volui immensam penetrare clementiam,
huc talis præfigere limites, quales solent hu-
manæ præfigere misericordie, determinare pa-
tientia, quæ vt finita & parua suis contrin-
gitur terminis, & cito turbata limitatur. Nu los
atamen fines nouit iustitia Dei misericordia,
nullis limitatur terminis bonitas illimitata quæ
tanta esse laudatur, vt eam grauius blasphemis
illis uocibus offenderit Cain: quibus peccata
sua, Dei misericordiâ grauiora esse mentieba-
tur, quam ipso suo fratricidio peccato licet gra-
uissimo.

Idem confirmat D. Hieronymus ubi declarat
verba illa Prophetæ & regis ex psalmo 118.
quem inscribimus psalmum maledictionis: sca-
tet enim maledictionibus, quibus facilem
innocentis sanguinis venditorem Iudam per-
stringit. Et notat Rupertus, numero esse tri-
ginta, quæ triginta respondeant argenteis, pro
quibus Iudæis Christum mercator vendidit,
quasi maledictio denario contineatur: Oratio eius
fuit in peccatum, q. d. Faxit Deus: vt oratio, qua
alij suorum impetrant criminum indulgentiam,

illi ad nouum sit peccatum. O terribilem ma-
ledictionem, q. d. Vitam quod alijs est medici-
na, Iudæ sit venenum, & quod alijs prodest ad
vitam, illi noceat ad animæ perditionem. Quar-
tes, quomodo sit hoc in Iuda completum? Ex-
plicabo (loquitur D. Hieronym.) quod est pro-
prium peccato culpæque remedium: quod est
amidotum vt anima mortua per peccatum, re-
uiuicat ad gratiam: Penitentia: Si peccator pen-
itentiam egerit de peccato suis, vita uiuet. Hæc
igitur Iudæ ad nouum imputabatur peccatum,
imo eorum omnium, quæ prius commiserat,
grauissimum: Penitentia Iudæ magis peccatum
est, Penitentiam egerit infelix, dum Christum
videt mortis sententiâ condemnari: Iudæ videns
quod damnatus esset, penitentia dactus retulit
triginta argenteos Principibus sacerdotum & seniori-
bus, dicens: peccavi, tradens sanguinum istum. At-
tende penitentiam, omnibus, vt videtur ijs que
tribus partibus absolutam cordis contritione, o-
ris coram sacerdote confessione, & satisfactione.
Contritus est & penituit Iudæ, coram con-
fessu sacerdotum, fallus est peccator, satisfac-
secundum apparentiam cum iniuste acquisita
resituerit. Nihilominus hæc eius penitentia fa-
cta est e. in grauius peccatum illo, quod com-
misit Christum Iudæis dum vendidit, Christo
grauiorem intulit iniuriam illâ penitentia,
quàm sacrilega venditione, & infami crucifixio-
ne. Qui fieri potest? Non capio. Hæc est ratio,
respondet D. Hieron. quia illa penitentia Iu-
dæam ad desperationem de diuina compulsi bo-
nitate, vt ipse sibi tottor laqueo vitam adime-
ret, disfidens tantam inesse Christo clementiâ,
q. à tanto, parceret misericordie peccatori. Pro cle-
mentia Domini hæc dico, quia magis ex hoc offen-
dit Iudæ Dominum, quia se suspendit, quam quia
Dominum prodidit. Hoc Deus grauius censet ef-
se peccatum de diuina sua misericordia dñs de-
re in nefandissimis etiam peccatis, quàm ijsa
peccata commisisse & hæc sibi doctrinâ SS. Pa-
tres i. uehantur & oppugnant acriter stululo-
quos illos hæresarchas.

Mimum est videre, quo spiritu seruantes SS. Patres
Partes illos impugnent hæreticos, & cum com-
muniter contra cunctos exacerbentur Hæreticos
atamen tales tolerant impatienter. D. Cy-
prianus arrepto calamo scriptis suis illos exa-
gnaturus præsenim pro suo stans in acie in-
gerimo sodali D. Cornelio (cuius ipse narra-
tione hystorographus acta) scribit se acriter com-
muni & exaceratam contra peccatum, & sin-
gulari illi libro referans, sic orditur: Cogi-
tanti

Ezech. 18, 21.
Math. 23, 2.
IV.
Iudæ
diffi-
den-
de Dei
miseri-
cordia
D. Hier.
Lib. 2.
contra
Iudæ.
Tom. 2.
V.
SS. Patres
seruantes
hunc im-
pugnant
errorem.
D. Cypr.
Epist. 51.
& 52.
contra
Iudæ.



tanti mihi, & intolerabiliter animo astuanti
 quānam agere deberem? Quomodo patiens
 perferam, ab illis mihi obijci, nullum peccato-
 ribus de Dei misericordia superesse remedium?
 Quis hanc mutus & surdus audiat blasphemiam
 hominibus tam exitialem, & immenso diuine
 misericordiae pelago conuictissimam? Quid au-
 tem quotquot, sumus, faceremus, cum a pecca-
 to liberum sciamus esse neminem? Sic igitur
 inchoat prologus: *Obortus est hostis, & ipsius pa-*
terna pietate aduersarius haereticus Nouatianus.
 D. Basil idem aggreditur argumentum, & ait:
 hodie, fratres, causa communis est, omnes e-
 nim tangit, cum sumus omnes peccatores. Pro-
 inde nullus dulcior sermo, nullus gratior, uti-
 lior nullus, quam probare tantam esse Dei mi-
 sericordiam, ut quantumlibet graua nostra sint
 peccata, cuncta tamen misericors dimittet si ad
 ipsum per poenitentiae lacrymas contriti reuer-
 tiamur: *Sermo hic hominibus utilissimus est, nemo*
enim sine peccato est.

Ho. 29. cit.

D. BASIL.

VI. Confir-
matur
poeniten-
tia à Deo

Ezec. 18.

2.

Sap. 11.

24.

Pf. 106. 17.

I.

verbis.

D. BASIL.

10

Isa. 1. 16.

II.

Similitu-
dine.

Hanc profectus materiam hanc doctrinam
 asserere pergit Catholicam, cuius (ait) nobis te-
 stis ac doctor nemo securior, quam ore pro-
 prio ipse Dominus qui eam in sua stabilit
 Ecclesia. Primò: Diuinis suis verbis. Secun-
 dò: similitudinibus. Tertio: solemni iuramento.
 Quarto: mirandis operibus, & hec nedum se-
 mel, sed frequenter nedum temporibus antiquis,
 sed & in lege Evangelica: scrutare scripturas,
 quibus Dominus notiscum agit, inuertes quot
 millenis vicibus addixerit, promiserit, iurauerit
 peccatorum remissionem, cuiusque conuerso
 peccatori. Apud Ezechielem: *Si auerterit se pec-*
cator à peccatis suis &c. Iniquitatum eius non re-
cordabor amplius. Testatur de eo Salomon: *Disti-*
mulans peccata hominum propter poenitentiam &
parcens illis. Audi psalmistam: *Suscipit eos de via*
iniquitatis ipsorum. Dicitis annexit similitudines
 (inquit D. Basilius) quibus dicta confirmat: *Non*
persuasit tibi nudo verbo, sed persuasit conspectu
exemplo.

Attende illud Isaia: *namini mundi estote, au-*
ferite malum &c. Si fuerint peccata vestra, ut coc-
cinum, quasi nix dealbabitur, & si fuerint rubra
quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Quid
laboriosius, quam lana coccinam, instar ni-
uis dealbare? Et quid maiorem involuere vi-
detur impossibilitatem, quam ipsum vermicu-
lum, quo coccinum tingitur, album instar lanae
niuae reddere? Hoc ego testatur Deus, faciam,
sicut enim immiserata sit adeo pectore vestro,
malitia, ut vermiculus in cocciu, super ni-

uem eam dealbabo: *Quid tam non potest albi,*
nigre cocciu? Dealba, si vites adfunt aut li-
 gentium ipsum coccinum: quantumlibet con-
 cis, nec ipsam maculam ipso muricis sangui-
 ne contractam emundabis: *Quid autem nisi*
aut lana munda adlauari apud nos potest? Et ta-
men qui ista condidit, dicit: Quid si peccata ves-
tra fuerint: ut colores, qui albi nati sunt, si laui-
ni ad puritatem niuis mutabuntur.

Nec similitudinibus quiescit, Superaddit iur-
 urandum. Illum audi per Ezechielem iurau-
 rando confirmantem: *Viuo ego dicit Dominus:*
quia nolo mortem peccatoris &c. In quacumque ho-
ra poenitentiam egerit &c. Attende Dei formu-
lam iurandi. Viuo ego. Hæc autem illa est, quæ
maximè Deo conuenit, ut notat Apostolus:
Hoc iurandum Deo competit: quosiam ma-
rem se non habet. Sic ex Apostolo D. Basil. quid
causæ talis iurandi? An suapte Dei verbum
non sufficit? Ut veridicum eum omnes eroti-
mus: quodque mentiri non possit: Iurat propter
incredulitatem eorum, qui poenitentiam tollunt,
Præsciebat Deus in Ecclesia sua nascituros
haereticos, qui in diuinae suæ dedecus misericor-
diae, damnique peccatorum, doceret non
omnibus concedi remissionem poenitentibus:
cum verò tanti sit hoc momenti, ut peccato-
res solaretur parum est quod promiserit em-
nes ad se conuersos esse recipiendos, insuper
& hoc voluit confirmare Sacramento: inter ce-
teros articulos fidei hoc profus singulare, illo-
rum enim ut nobis fidem adstrueret simili
verbo illos asseruit, huic autem copulat iur-
amentum: Interposuit iurandum, ut per duas res
immobiles quibus impossibile est mentiri Deum for-
issimum solatium habeamus, qui confingimus ad
tendam propositam spem, quare sicut anchoram
anima habemus iuram ac firmam. Hoccine tuum
est iudicium (quærit D. Basil.) Deo fidem adhi-
endam esse in vis quæ nedum simpliciter af-
firmat, sed & iurando confirmat? Estne Deus,
etiam cum iurat, indignus cui credatur? An neque
verbo, neque exemplo, iuramento fidem habes? vel
operibus crede.

Hoc posito principio, diuina opera progred-
 ditur declarare misericordiae in peccatores. Hoc
 eodem modo, magnaue vi eloquentiae profuse
 quiritur D. Chrysostomus: eorum tumens ab il-
 lis tam nefandis, & omnium iudicio desperatis
 Nituitis quibus iam Dominus mortis iudica-
 rat iudex sententiam, quæ infra quadraginta
 dies mandanda foret executioni: quæ hoc à iu-
 gemuerunt, planxerunt, & conuersi sunt à via
 sua

sua mala, & toto corde ad Deum conuertuntur, illis benignus ignoscit contra ipsum iudicium, ac lonæ voluntatem. Attende mouent nos D. Basil. & D. Ambrosius. Regis Achab iniquitates, quibus & sanguinem Naboth superaddidit innotentem, ut illi predo vineam auferret, ob quod ita Deus excadescit, ut illum capitis damnet, Elia uari precipit, hanc regi significet sententiam quam & significauit iam ad vineæ possessionem properanti. Prænuñciat non suam ipsam, sed Domini sententiam. Timet Rex, à peccato resiliit, quandam penitentia simulat imaginem, quæ cordis non penetrabat intima, sed ficta erat & exterior, induntur cilicio, caput cinere conpergit humiliatur. Illico citat Dominus Eliam: Vide, inquit, perteriti um, humiliatum Achab, fugit se uelle petere peccati remissionem, curre citius, hæc latus noua deuincia: pax tibi, pax tibi: Non indicam in diebus eius. Vbi semel dicitur luxu (inquit D. Chryost.) & faccum indutus agnoscit scelera sua: Ad unam, quam fudit lacrymam obtinet indulgentiam. Quid hoc Domine: Num peccatorum latus uelut hic modus procedendi? Tam cito ab eo te reuocas, quod tam sero facere profueras? Nullo temporis intervallo prima rescindis præcepta? Hinc colliges, quid non misericors agetes, si rigorosa fuisset, si uera penitentia.

Deinde Davidis expendit & peccatum & penitentiam & Dei misericordiam: Tres præcepta in una causa transgressus est: commissum est homicidium adulterium, & aliena uxoris concupiscentia. Nec omittit populi scandalum, & aniam datam inuicis Dei nomen blasphemandi. Miratur Davidi Nathan, qui parabolam diuitis pauperisque proponit ob oculos: in ut sui iudex David intus tulerit sententiam: Deum testem inuocans, nec veniam mereri, sed nec sperandam tantum facinorosæ re: Vni Dominus, quoniam filius mortis est uir, qui fecit hoc. O David, infer, hinc Nathan Tu es ille uir: tu huius culpæ noxus. Cogni scilicet reatum, veniam roga: Peccata Dominus. Numquid tu ipse Rex inelyte sacramento confirmasti, quodq; in alterius personâ meris es res, nec tantum criminis spectandam esse indulgentiam? Verum etiam angustiam hominis esse clementiam, ut eius illico exipere patientia. Neui autem, Dei esse clementiam infinitam, nec vllum dari peccatum adeo graue, cuius si peccator ex cordis intimo deprecatur veniam, eam non sit obtenturus, proinde supplex tacti penitens eam deprecatur: Peccati Dominus. Nulla interposita morâ, nullis inter-

mixtis consultationibus, nullis extensis dilationibus propheta respondit, ex Dei nomine remissionem indulget, aut melius dixerit, regem assecurat, amodo Deum ignouisse. Tam cito hoc momento? Ne dubites: Demissus transiit peccatum tuum, non morieris.

Addit D. Basil. exemplum Regis Manasses sacrilegi, prophetarum homicidæ, qui venerandum Iliam in duas partes mediis iussit terra. In Ma, dissecari, Dei contemptoris, idololatæ, Templi uasle. violatoris, de quo sic D. Chryost. Manasses cum D. CHR. Etis insaniâ auerit ac tyrannidæ legalem euerit Ho. de re cultum, templum clausit, idolorum errorem Deo parat. la aduersum inuexit uniuersis qui ante se vixerant pfi To. 5. impietate præstant. Quo tum ob cetera reuocari potestati traditur Babyloniorum captiuus abducitur, ferro catenisque grauis gemit tristis in ergastulo. Quam primum autem ad Deum delictorum penitens conuertitur, omnium meruit à Deo scelerum consequi remissionem, in cuius testimonium, ignis de celo descendens, nexu liquefacit carcerum, & in actu oculi regno restituitur & libertati. Manasses, qui in templo Dei, quadriformia collocauit idola, ut necesse esse cuius unde liber templum ingressuro ante idola procumbere etc. Vbi penitentia egi & captiuitate remocatus est.

§. 4. Præ ceteris maiori studio, Christus, uerbis, parabolis, iureiurando, ac operibus hunc fidei docuit articulum: Remissionem peccatorum.

Quod in lege veteri fecit Deus, ut animos erigeret peccatorum, hoc (inquit D. Basil.) feruentiori stabiliori studio factus homo, quo qui illos ad se traheret, illorum erat uicium tutumque remedium. Ut in mundum uenit, si rogemus saluatorem: quare uenisti? Respondebit Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Quocirca hanc doctrinam zelo docuit ardentiori, uerbis, parabolis, exemplis, iureiurando & operibus. Verbis: hoc enim uerbum lapidem uelut fundamentalem sui posuit Euangelij: Penitentiam agite, appropinquauit enim regnum celorum. Mirans autem discipulos suos per uicos & castella prædicatores, illis hoc quasi thema, & fundamentum præscripsit concionum: Penitentiam agite, appropinquauit in uos regnum Dei. Et si rem attentius introspexeris (inquit) hoc in Euangelio suo declamat principalis: Penitentia possimum prædicatur. His annectit exempla & parabolas, ouis perditæ, gemæ amissæ, qui

Mat. 9. 12. I. Christus in mundum uenit ob peccatores. Mat. 4. 17. Lue. 10. 10. qui